PSYCHES ET AMORIS NVPTIÆ AC FABVLA
A RAPHAELE SANCTIO VRBINATE
ROMÆ IN FARNESIANIS HORTIS TRANSTYBERIM
AD VETERVM ÆMVLATIONEM AC LAVDEM
COLORVM LVMINIBVS EXPRESSA

a Nicolao Dorigny ad similitudinem delineata et incisa,
et a Ioanne Petro Bellorio notis illustrata

Ad Sereniſſimum Principem

RANVTIVM SECVNDVM

Parmæ ac Placentiæ Ducem &c.

Quæ tua sunt Tibi sacro, Serenissime Princeps, magni illius Raphaelis Vrbinatis præclara Picturæ monumenta, quæ Romæ in Tuis Farnesianis Hortis cunctarum gentium frequentia admirationi sunt. Vt uerò absentium quoq. oculos, ac uota expleant, meis typis ad similitudinem expressa editurus, Tuo Nomini inscribere, atque insignire non uereor; quæ enim suis tantùm umbris se palam exhibent, tuis præfulgentia titulis, et auspicijs, in omnes oras nitorem effundent. Is nempe es, qui magnam ducens à magnis natalibus gloriam, magna quoque profeſsus, Tuæ inclytæ uirtutis decora in publicum profers; siue Prouidentiam, atque Beneficentiam Principe dignas exerces, siue Musas, ac ingenuas artes priuato contubernio amplecteris: quæ sanè tuam famam extendunt. Interim Ser.^me Princeps tuæ sit, precor, humanitatis hasce imagines, quas Tibi sacro, hilari uultu excipere; meum erit erga Te, humillimi animi uotum, ac ueneratio.

Humillimus atque Obsequentiss. Seruus
Dominicus de Rubeis.

TYPIS AC SVMPTIBVS DOMINICI DE RVBEIS IO. IACOBI FILII AC HEREDIS. ROMÆ AD TEMPLVM S.TÆ MARIÆ DE PACE CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS, ET SVP. PERM. 1
ÆDITA ANNO M.DC.XCIII. DIE XV. AVGVSTI

Passavant II, 344, a).

Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur
© HAUM, Foto: U.Mangholz, 04/2019 (CC BY-NC-ND 4.0) - http://kk.haum-bs.de/?id=dorigny-n-ab2-0020